



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XLIII. Privilegium de sui naturâ præjudiciale valet, non facta  
mentionem possessionis tertii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

## DECISIO XLIII.

Privilegium de sui naturâ præjudiciale valet, non  
facta mentione possessionis tertii.

R. P. D. Caffadoro.

Decis. 1. sub tit. de privilegiis.

## SUMMARIUM.

1. Privilegium de non solvenda Canonica  
portione concessum validum existit,  
licet de possessione alterius, illam per-  
cipientis mentionem non faciat.
2. Privilegium concessum super decimis an-  
tiquis, ex quo ab aliquo possideri præ-  
sumitur, tacite possessoribus derogatum  
esse videtur, secus est in privilegio no-  
valium.

**F**ratres Minores de observantiâ molestabantur à Capitulo, & Clero Culerini  
& Neocastren. super portione canonicâ ordinariis de jure communi debita cor-  
ram me 1513, & super exemptione à non solutione producebant breve Julii se-  
cundi confirmans contenta in privilegiis Sixti IV. mare magnum ab eis nuncupat-  
tum, in quibus de liberatione à dictâ portione dicitur, & ea de novo concedens in-  
cebat, quod non relevabat, ex quo non faciebat mentionem, quod dictum Ca-  
pitulum, & Clerus erat in possessione percipiendi dictam portionem, pro ut habe-  
tur de privilegio decimarum novalium in C. dudum de privileg. & de coloratâ facti  
possessione in cap. cum de nostris de concess. prebend. & licet Oia. consil. CCLXXVIII. stud-  
tere it, nihilominus Domini concluderunt absolutariam dari fratribus, prout dedit  
ex eo, quia Julius sciebat aut cogitabat antiquam portionem hujusmodi per aliquem  
percipi, & consequenter possideri. & non dubitabat, quin præjudicaret his, qui-  
bus jure communi, aut aliâs erat debita, & qui similiter reperiebantur in possessione  
per-

percipiendi, quoniam re et credebatur aliquem, cui jus competere, esse in possessione, pro quo *Rota XII. de re fe. spol. in antiq.* dicens quod in causa possessorii si agatur inter Episcopum, & Abbatem ceteris paribus, præsumitur pro Episcopo, sicut in decimis antiquis præjudicatur possessoribus secundum *But. Ioan. Andrea Card. & Abb. in d. C. dudum*, ponentem rationem diversitatis inter decimas novales, de quibus loquitur *d. Cap. dudum* simpliciter, quia decimæ ab aliquo possideri præsumuntur, & de possessione tacite facere mentionem, secus in privilegio, seu decimis novarum, quia intelligitur de terris, quæ adhuc non sunt redactæ ad culturam, & sic poterat esse, quod nullus habebat possessionem illarum, & sine privilegio forsitan nullus reduxisset ad culturam, unde Papa hoc facile concedit, ex quo non tendit in grave præjudicium aliorum; quando verò erant ad culturam redactæ, & ex eis decimæ solvuntur, ante privilegii impetrationem, grave præjudicium inferunt possessori, de quo non est præsumendum ad iura vulgaria, & hoc teneas *ait Abb. licet Innoc. videatur idem sentire in aliis decimis, id quod But. & alii, tenet Mol. in verbo privilegium impetratum super decimis*, quia decimæ antiquæ reperiuntur communiter per aliquem possideri, non sic in novarum, in quibus contrarium creditur, & *Dec. cons. CXIII. ubi respondet ad mancea Old.* & plura pro concessione ista adduxit, & plura ad hoc ponit *Card. in C. pen. de deci. in fin. ubi omnia vide.*



## DECISIO XLIV.

Gratiæ de sui naturâ præjudiciales, prout est unio, exemptio & similes non requirunt derogationem regulæ, de jure quæsito, non tollendo,

Illustrissimo Seraphino.

Illerden. Præminentiarum.

Mercurii 26. Junii 1602.

SUMMARIUM.

- |   |  |   |  |
|---|--|---|--|
| 1 | Ecclesia Collegiata est dignior Parochialis.   | 5 | Regula de jure quæsito non tollendo, non habet locum in gratia de sui natura præjudiciali, prout est unio, exemptio; erectio, & similes, in quibus non potest dari de ignorantia Pape, vel de subreptione, ut unio sequenti. |
| 2 | Ecclesia matrix erecta in collegiatam, perdit matricitatem.  | 7 | Mutato statu Ecclesia, mutantur & ejus effectus.   |
| 3 | Qui est dignior, præcedere debet.  |   |  |
| 4 | Clausula, sine alicujus præjudicio, in erectione in collegiatam, posita, intelligi debet respectu aliorum non expressorum. |   |  |

**F**uit conclusum Priorem, & Canonicos Collegiatae S. Stephani, præcedere debere Priorem, Vicarium, Portianarios, & beneficiatos Ecclesie Parochialis de Romeral, in casu, & ad effectum, de quo agitur, nam Ecclesia collegiata est dignior, ut tradit *Alexandrum in cap. fin. S. Episcopus 17. distinc. 3. Henric. Boich. de synod. Episc. par. 3. in princ. num. 28. Cassian. in Cathal. glor. mundi 18. consigna præminentiarum coram Reverend. P. D. meo Justo 6. Novembris 1600.* ubi ceteri citantur. Non obstant deducta in contrarium, nam quod primo loco dicitur Eccle-